

...is Leopardus Firlejanus

LEOPARDVS FIRLEIANVS,

Perantiquæ DOMVS Tarnouianæ
LVNATO SIDERE
COLLVSTRATVS.
AD
Festum, & Faustum Natalitiorum ac Repotiorum,
ILLVSTRIS & MAGNIFICI DOMINI,

D. ANDREÆ DE DĄBROWICA FIRLEY,

PALATINIDÆ SANDOMIRIENSIS, &c.
&
ILLVSTRIS ac MAGNIFICÆ DOMINÆ,

D. ZOPHIÆ PETRONELLÆ,

Comitis à Tarnow, Castellanidis Woynicen: &c.
DIEM.
Per M. JOANNEM DZIEDZIC, *Collegij Vladislauiani Rhet: Professorem.*
Orbi Sarmatico PRÆSENTATVS.
ANNO DOMINI,
HeM sors AnDreæ, Certò nataLIA gIgnIt.

CRACOVIÆ, *Apud* LVCAM KVPISZ, *S. R. M. Typographum.*

21.

26.

Jn Stemma Gentilitium Perantiquæ Domus FIRLEIORVM.

Stemma quod est istud? LEOPARDVS. Cuius? eorum,
Lechica Regna suo quos coluêre sinu.
Curq; petit dextram pedibus? pugnare paratus.
Cur hiat ore? Labor Martius ista iubet.
Cur diadema refert in vertice? VICTOR abiuit,
E bello toties præmia digna ferens.
Ergo tuis lacerans pedibus LEOPARDE Gelonos,
Ore Cosacos; post prælia VICTOR abi.

Ná Kleynot Stárożytny Ich Mośćiow Pánow HRABIOW ná Tarnowie.



Kleynot Kśiężyć Tarnowskich choć nie w pełni stoi/
W Męstwie w Sławie záćmienia/ nigdy się nie boi.
Jáśnie dziełem Rycerskim świeci záwsze w boiu/
Jáśnie rády promienie rospuscza w pokoiu.
Z Gwiazdą oraz w swych dziełách ku niebu się wzbiia/
Olympu cnotą nigdy gornego nie miia.
Mężni przedtym Rzymiánie niech nie wykrzykáią/
Godniey zá Kleynot Kśiężyc Cni Tarnowscy máią.



Illustri & Magnifico Domino,

D. ANDREÆ

DE DĄBROWICA

FIRLEY

PALATINIDÆ SANDOMIRIENSI, &c.

Domino & Mæcenati Amplissimo

S. P.



D Tuum Natalitiorum, Tuæq; Consortis Lectissimæ Repotiorum solennia, & meæ Musæ veniunt ILLUSTRIS & MAGNIFICE DOMINE. *Fas & æquum esse duxerunt ibi comparere, & faustitatem pio affe-*

ctu

ctu comprecari; vbi Genius & Hymenæus publica lætitiæ suæ, apprecationumq; festiuarum instituit spectacula. Ea scilicet vtriusq; mens, ijs animus semper est, vt nunquam à suis plausibus & consortio Apollinis chelyn, tibiasq; Musarum amoueant. Admittes spero, Tuoq; etiam conspectu inter serenas nouo splendore gestientium Ordinum congratulationes dignaberis meas Musas: & cùm TIBI Tuæq; SPONSÆ (charissimæ tripudia, ac Epithalamia præcinent, beneuolo (quod precor) exaudies animo. Datum ipsis Catharinalibus. è Collegio Vladislauiano.

ILLVSTRIS & Magnificæ Tuæ Dñaōis ad obsequia promptissimus
M. IOAN. DZIEDZIC.





Tſi feſtis Tuis Nuptialibus, Ampliſſimo Heroū conuentu, Magnifico rerum apparatu, Superum Fortunæq; annuente ſuffragio, clariſſimis, Academicorum votorum, & officiorum defuit conteſtatio, ILLVSTRIS & Mag. Domine: ſolenni tamen hoc die, quo & Hymenæus Lectiſſimam Tuam SPONSAM Ogrodźinenſibus excipit Laribus; & Genius Natalitia Tibi, auſpicatiſſimis augurijs feſta reducit; vt Academicus in publico Tuæ lætitiæ applauſu affectus erumperet, officioſa ſtimulauit promptitudo. Aquila enim Academica S. R. E. Alumna, Aquilæ Sarmaticæ filia, Ordinum Regni famula, cùm irretorto ſemper, vt omnibus poſſit inſeruire, proſpiciat oculo; tum præcipuè in Tuam FIRLEIANAM, Tuæq; SPONSÆ Tarnouianam intenta eſt ILLVSTREM Domum obtutibus; vt vel Gentilitio Tuo LEOPARDO, prompto ala-

rum suarum remigio obsequi; vel Lunatum Antiquæ Tarnouianæ Prosapiæ S I D V S quàm diutissimè valeat contueri. Scilicet istud DEI Opt. Max. Summorum Pontificum, Regum Serenissimorum, Senatus Populiq; Poloni, est fuitq; iudicium: vt quemadmodum Genti Sarmaticæ laboriosis profuit, prodestq; conatibus; ita eandem semper suis prosèquatur cultus vultusq; obsequijs. Ad Tuum igitur Genialem diem, ac Carissimæ Tuæ SPONSÆ Repotiorum ferias prosilit promptissimè; vt partim huic felicem precetur ingressum, Partim Tibi faustissimum D. Tutelaris diem apprecetur, partim vtrosq; Academico suorum officiorum cultu veneretur. Interim vos Lectissimi NEOSPONSI, Hospitesq; Humanissimi me Aquilæ Academicæ sensa explicantem, hospitali subleuetis animo: atq; à Musico ad Oratorium concentum aures, mentesq; paulisper auocetis.

Prudens tot ante sæcula, eum diem, quo primam quis lucem aspexisset, singulari semper obseruationis ritu dignata est Antiquitas ILLVSTRIS & Magnifice Domine: idq; eò magis, si amplior Hospitum gratissimorum illuxisset præsentia. His apud eam solennibus Genethliorum festis, ad splendorem o-

mnia

mnia, gloriamq́; magnificentiſſimè fiebant; parietes aureis periſtromatibus, opere ſumptuoſiſſimo affabreq́; confectis aulæis, vndiquaq́; ornati lucebant; menſæ ſtragulis aureis adornatæ nitebant; è laquearibus appenſi argentei polymyxi, ferreæ trullæ, penſiliaq́; candelabra luminoſis cereis, redolentibusq́; lychni referta lumina latiſſimè diffundebant: Abaci ampliſſimi in triclinijs extructi varij generis aureis eſcarijs & poculis, lancibus, lebetibus, œnophoris, amphoris, phialis, cyathis, ſcyphis, pateris, tragematarijs miro artificio celatis, gemmatisq́; calicibus ad vnguem diſpoſitis proſtabant. Conuiuia inſigni magnificentia, ingentiq́; epulorum apparatu inſtructiſſima cernebantur; in quibus ferculorum, eduliorumq́; genera lautiſſima, aſſa; elixa, iuſculenta, frixa, paſtilia, promulſidaria, pultaria, cruſtulenta, ſapidiſſimis ſuccorum multiiugis condimentis ſuffuſa, ſuauiſſimum exhalabant odorem. Ibi ingenioſi Vates lætum pæana præcinebant, flexanimæ Suadæ cultores geſtientium animorum ouationes excitabant, fidiſſimi vitæ fortunarumq́; cuſtodes mutuas ſalutis apprecationes fundebant, lepidiſſimi menſarum aſſeclæ VIVE, VIVE geminabant: Cantores ac Muſici neruorum

vocumq́;

vocumq; concentibus aures audientium de-mulcebant, choraulæ tibijs, buccinatores tubis, libratores fulminibus lusorijs, certabant, Cræsi ditissimi charisterijs, Iri pauperrimi obsequijs, ad satietatem iucũda æmulatione cõtendebant: paucis multa, quidquid vel Mars apparatu bellico, vel Arabum pretiosæ gazæ conferre lætitiæ, vel Artes ingeniosis inuentis addere tripudij poterant, horum nihil ad tantæ festiuitatis defuit maiestatem. Vt verò maiorem gloriæ apud suæ, & posthumæ ætatis sæcula mererentur palmam, solennibus natalium ferijs humano abstinebant sanguine, ne eum diem quem ipsi accepissent, demerent alijs. Sciebat sanè veneranda rerum obseruatrix Antiquitas; hunc diem omnium esse felicissimum; quo in mortalitatis nostræ theatrum ingredi nobis contigisset. Sciebat non tàm iucundos, atq; illustres dies eos esse, quibus conseruamur, quàm illos quibus nascimur. Quæ quoniam Festa Solennia in ILLVSTRISSIMA Tua DOMO, non superstitioso Antiquorum, sed religioso Christianorum more hodie peragantur: Fortunatissimum Te, cui DEI Opt. Max. munere, hanc diem D. Tutelari Tuo ANDREÆ Sarmatarum Apostolo dicatam, datum est intueri, eaq; oblectari: for-

tuhatissimos Amicos, & Hospites Illustrissimos quibus contigit lætari, Tibi fausta quæque apprecari: felicissimum me cui in tanto Illustrissimorum Virorum consessu celeberrimam Natalium solennitatem fas est congratulari. Opto itaq; Tibi ILLVSTRIS DOMINE, & hunc Natalem, & plurimos alios quàm felicissimos agas: æternaque laude florentem Virtutis Tuæ gloriam, & incolumis & fortis alijs super alia operibus augeas. Neq; verò hîc sistit Tuæ Cursus lætitiæ; est quidpiam aliud, quod & Te ad maiorem animi voluptatem inuitet; & Hospites Amplissimos ad ampliora apprecationum excitet argumenta. Quis enim lætandum Tibi non censeat? quis non generosæ mentis exultandum gaudijs sentiat? Cum LECTISSIMA vitæ thoriq; Tui SOCIA faustissimo pede, Splendidissimo ornatu, amplissimo comitatu, Ogrodzinensis Arcis Domicilium ingressa, primum particeps huius Tuæ Diuinæ voluptatis efficitur, Tuumq; Gentilitium LEOPARDVM felicissimis recreat sideribus, recreatum suâ Præsentiâ à Carissimis PARENTIBVS, ad Genethlia præmisso Natalitio titulo, velut altero diademate coronat. Accipe igitur grato (quod Tuâ interest) animo, hoc XENIVM

GE-

GENIALE, Tuo præmiſſum LEOPARDO: tantum eſt, vt non auro Ganges, aut Pactolus redundans ditius; non felices Arabum gazæ felicius, non gemmata carius India ſubmittere poſſit. Quod & generis claritate antiquiſſi- mum & corporis dotibus venuſtiſſimum, & animi ornamentis nitidiſſimum, in Sarmatico ſplendet polo.

Velut inter ignes Luna minores.

Princeps Illi Regni Domus Tarnouia eſt, ex qua nihil maius, nihil rebus geſtis clarius, nihil Dijs hominibuſq; hoc in Regno vnquam charius. Cuius Domus ILLVSTRISSIMÆ tot extant victoriæ, quot ſunt huius Regni inimici, tot trophæa, quot deuictæ PROVINCIÆ, tot triumphi celebrati, quot ab huius perantiquæ Domus Ducibus, Patriæ noſtræ nobiliſſimis Scipionibus miſſi ſub iugum hoſtes. Quis hominum tam diuini, ac incredibilis poteſt exiſtere ingenij? quis adeo firma rerum ac verborũ memoria felix? quis tam exuberanti præditus dicendi copia? qui, quanti Hoc Rei bellicæ Strategi, quanti Principes, quanti Reges Sereniſſimis ſuis monilibus XENIVM adornent, animo concipere, memoriâ complecti, linguâ poſsit recenſere. Hinc LESCVS Niger, Magni

CASIMIRI, re magnus, corpore paruus filius VLADISLAVS LOCTIKVS Reges Poloniarum, simulq; BOLESLAVS Mazowiæ & Siradiæ Dux: is per Filiam, illi per Sororem GERTRVDEM, cum Spicimiro Castellano Cracouien: Comite & Authore Ciuitatis Tarnouien: ac Melstinen: Arcis, velut vniones carissimi huic XENIO inserti Connubijs coruscant splendidissimè. Inde ILLVSTRISSIMVS iuxta ac frequentissimus Paterni sanguinis Senatus ferè quinquaginta Sago & Toga Clarissimos complexus Heroas radiat nitidissimè. Recogitemus paulisper mente superiorum temporum memoriam, Tarnouianæq; Gentis auitam gloriam, inueniemus in omnibus fermè Regni subsellijs Tarnouianam luxisse Maiestatem. Quid hic commemorem sex Cracouien: Castellanos supra decem alios, quos Sendomiria, Russia, Sandecia. Vislicia, deniq; Premislia, vt alias mittam prouincias suæ pacis arbitros, Legumq; Custodes fidissimos vidit, coluit, adorauit? Quid reuocem quatuor supra decem IOANNEM II. IOANNEM III. cognomento Validum, IOANNEM IV. SPITKONEM III. Cracouienses: IOANNEM V. Lublinen: STANISLAVM

Patrem

Patrem cum Filio vtrosq; Sendomirienses, JOACHIMVM Venden: Palatinos cæteraq; Patriæ lumina fortissimaq; Reipub. fulcimenta? Quid memorem alios sanguinis eiusdem splendores, Mareschalcos Regni supremos, Milites Sepulchri Domini, fortia & inuicta pectora, ipsas demum Præsuleas Tiaras, Pietatis, sanctimoniæ, Religionis splendidissima ornamenta. Vos vos memorandi estis, omniq; prædicatione, literis, monimentisq; decorandi, Inuictissimi NVMERO QVINq; Exercituum Ductores, fulmina, si non potius miracula belli? at certè summa Poloniæ nostræ tunc cœlo missa propugnacula. Vos bellicosissimi tres IOANNES numero: Vos SPITKONES, duo, fortissimi Bellatores, genere clarissimi, tantum virtute profecistis, vt non solùm nostros Imperatores omnes, sed etiam illos veteres externos Scipiones, Marcellos, ac Maximos bellica laude adæquaretis. Sed quid ego mortuos commemoro? cum Jpse Heros ILLVSTRISSIMVS MICHAEL Comes in Tarnow, Castellanus Woynicensis, coram hîc præsens adsit: qui è ludo atq; disciplina, grassantibus Scytharum, Turcarumq; irruptionibus ad Patris suæ ILLVSTRISSIMI Ca-

 stel.

ſtell. Sendom. exercitum profectus, ſuæ militiæ in Orininenſibus campis depoſuit rudimenta; ineunte tempore, ad Chocimum bello maximo, atq; acerrimis hoſtibus, extremum Poloniæ minantibus Turcis, vnius & alterius cohortis haſtatorum, ipſius proprijs ſtipendijs militantium, Ductor extitit adeò ſtrenuus, & prudens, vt Commiſſarius, ac belli Adminiſter, vnanimi totius Exercitus ſuffragio, ſummis Præſidibus adiunctus, molem illam, ingentem immortali cum Patriæ, Tarnouianiq; Sideris gloria ſuſtinuerit. Tempore verò Interregni, poſt Sereniſſimi SIGISMVNDI III. obitum Nobilitatis conſenſu Palatinatum Sendomirienſem in ſuam tutelam recepit; ac prudentiſsimi ſui conſilij præſidijs adminiſtrauit. Et quamuis in præmium ſuæ virtutis, tantorumq; meritorum à Sereniſsimo Rege VLADISLAO IV. multoties maioribus longè honoribus donaretur, eos ſui Gentilitij tituli, opumq; ſplendore contentus non admiſit. Ne tamen deeſſe Patriæ, vel gloriæ Maiorum ſuorum in orbe Europæo clariſsimæ videretur, vnicum Caſtellaneatum Woynicenſem, quem hucvsq; feliciſsimè retinet, acceptauit. Nota illius omnibus in Senatu prudentia, in curia rerum agendarum dexteritas,

in

in Patria boni publici ſtudium; in Eccleſia & Academia, coniuncta Liberalitati pietas. Non ingrata recognoſcet bonarum artium, ac virtu-rum Magiſtra, Regni pubisq; Polonæ Generalis Schola, in ſe, Diuiq; Patriarchæ ſui cineres, poſteritati memorandum munificentiæ argumentum: qui dum ante duorum fermè annorum decurſum ſua cariſsima pignora, P E-T R V M & J O A N N E M, velut duo Sidera, Caſtorem & Pollucem, ex polo ſuo Tarnouiano in Academicum Lyceum deduceret; primò Sacras ædes depoſito B. I O A N N I S C A N T I I claras petijt, Numen diuinum adorauit, patrocinium B. V. M A R I Æ, Beatiq; C A N T I I, Studioſorum ac Studiorum Præſidum implorauit, & Cineres Sacros liberali dextera honeſtauit. Sapientiſsimè & religioſiſsimè ab eo ſuos Palladis tyrones, Studiorum, & pietatis voluit capere primordia, à quo & vitæ ſuæ hauſerunt exordium. Idem ipſe rerum omnium Auctor D E V S magnorum Parentum prolem in virtutibus & Studijs creſcere, adoleſcere, matureſcere faciat, vt & eius honori, Reipub. emolumento, Maiorum ſuorum ſolatio, gloriæq; poſsit eſſe. Neq; dubitandum eſt quin optatiſsimus Studiorum & virtutum finis optimo reſpondeat pietatis

prin-

principio. Tarnouianam enim domum omnia magna, & præclara circumſtant, vt poſteros rapiant ad ſimilitudinem, & imitationem Maiorum ſuorum, vtq; non tantùm nomine genereq; ſed vita atq; factis velint ſemper eſſe & ſint Tarnouij. Hæc ſunt ergo paterni ſanguinis Cariſsimæ Tuæ SPONSÆ ornamenta. JLLVSTRISSIME Domine. Quodſi in materni ſanguinis ſplendores, oculos, animumq; Tuum conuerteris: hîc quoq; nihil eſt, quod non magnum, quod non illuſtre, quod non Tarnouiano æquale fulgeat polo. Eadem lumina ſunt, æqualis ſortis, & conditionis clarent honoribus. Viuit & viuat quàm diutiſsimè Lectiſsimæ Tuæ Conſortis, Parens ILLVSTRISSIMA, S. R. I. Senatoris & Conſiliarij prudentiſsimi Emerici Czoborij Comitis, quà rerum geſtarum gloria, quà generis ſplendore celeberrimi filia: quæ vt in fertiliſsimo & bellicoſiſsimo Vngariæ Regno, prioribus nuptijs ILLVSTRISSIMI STANISLAI Turza Conte in Bethlen Falu, vltimi huius Proſapiæ Virorum permanſit clariſsima: ita in noſtra Polonia occidentis horreo, ac Chriſtianitatis antemurali firmiſsimo ſecundis nuptijs verè ſecundis proleq; nobili permanet glorioſiſsima.

ma. Habes iam ILLVSTRISSIME Neoſponſe, tam Paterni, quàm Materni ſanguinis, Tuæ vitæ, thalamiq; Sociæ, decora nobiliſsima, ex quibus incredibilem percipies geſtientis animi lætitiam. Quare gaude tuo tanto, tamq; excellenti bono Tarnouianæ Domus, diutiſsimè his nobiliſsimis donis Geniali oblatis titulo, & cum proſperimo votorum omnium ſucceſſu perfruere.

Habes & Tu Lectiſsima Neoſponſa vnde læteris, nec mihi deſunt ampliſsima Tibi gratulandi monumenta. Auſpicatiſsimis iuncta es thori fæderibus Domui FIRLEIORVM celeberrimæ, quæ non anguſtis Sarmatiæ terminis continetur, ſed quàm latè orbis Chriſtianus extenditur, eò vſq; fama illius prouecta eſt. Etenim ſi huius Familiæ Patriæ Heroas mente luſtrauerimus, hiſtoriarumq; monumenta euoluerimus, colligemus infinitos propè viros Nobiliſsimos, vt potè qui quartam vſq; ſupra decem ſanguinis attingant propaginem. Conijciamus oculos in Hierarchiam Eccleſiaſticam, Præpoſituras, Abbatias, Epiſcopas, Archiepiſcopas, luſtrabimus eiuſdem nominis duos Henricos præcipuos: quorum primus ILLVSTRISSIMI IOANNIS Palatini Cracouienſis filius, à

Sereniſsimo Galliæ & Poloniæ Rege H E N-R I C O, è ſacro fonte baptiſmatis leuatus, fauſtum nomen, & omen accepit· atq; ob eximium in virtutibus & literis profectum per ſummos in Eccleſia honores gradiens Clementis VIII. Camerarius, Comes, & Prælatus, extitit, Præpoſituram Miechouienſem rexit, Luceorien: & Plocenſem Epiſcopatus adminiſtrauit, ac tandem in Archiepiſcopatu Primas Regni Primusq; Princeps conſtitutus conquieuit. Alter I L L V S T R I S S I M I IO-A N N I S Supremi Regni Theſaurarij Caſtellani Woynicen, Capitanei Lublinen: filius, virtutibus, literis, & longa peregrinatione perquam vehementer excultus: in Aula SI-G I S M V N D I III. Regis Poloniarum & Succiæ inuictiſsimi floruit, Referendarij officium geſsit, Abbatiæ Tinecenſi præfuit, Premislienſem, & Poſnanienſem Epiſcopatum prudentiſsimè gubernauit, tertiâ dum coronandus eſſet Jnfulâ, ad cæleſtem coronam remigauit. Ciuilem Politiam conſiderabimus, ſumma Conſiliorum oracula Caſtellanos, vindices libertatis acerrimos Palatinos, ſinceræ fidelitatis Præſides Cancellarios, prodromos Regum Mareſchalcos, Cuſtodes legum ac iudiciorum Arbitros, vitæ fortunarumq; noſtrarum

noſtrarum Parentes Jmperatores, Secretorum gnaros, Principum ſimulachra Capitaneos in perantiqua F I R L E I O R V M Domo innumeros aduertemus; quos ſi laudum apotheoſi prædicando recenſere vellem, ne dum Veſtra Humanitas, ſed nec mea incompta valeret dictio. Quis enim poſſet prodignitate celebrare Vitfridum Marchionem Borgoſij filium, Lanfridi verò Nepotem digniſsimum vt origine in Polonia Nobiliſsimæ Proſapiæ ita numero & dignitate primum? qui à C A S I M I R O Juſto Principe Poloniæ, in noſtras oras, Colonienſi Germaniæ diſtrictu accitus; ac poſſeſsionibus ditatus, Præfecturis Sandecenſi, Oświecimenſi, Seuerienſi auctus, Rempub. ſuis altiſsimis conſilijs iuuit, & tot Senatorum, tot exercitûs Jmperatorum Princeps in Regno extitit omni poſteritati memorandus. Qui P A T R I A M eo tempore nobis reſtituit, quo illam cum C A S I M I R O ſua prudentia ſeruauit.

Quis digno prædicabit encomio Oſtaſium Vitfridi Marchionem Dapiferum Cracouienſem? qui primus ab officio ſuæ dignitatis Germanis F I R L E G E R dicto, ac à Polonis deflexè pronuntiato perauguſtæ FIR-L E I O R V M familiæ, nomen dedit, &

 gratiâ

gratiâ VLADISLAI LOCTICJ clarus omni virtutum genere insignis, duobus relictis filijs JAROSLAO, ac Eustachio decessit. Cuius est tanta dicendi scribendiq; vis? qui Eustachio Subdapifero Cracou. Castellano Lublinen: Comitis nomine primùm à CASIMIRO Magno insignito; & JACOBO Eustachij Viro rerum bellicarum peritissimo, ac contra Scythas & Crucigeros sub Jagelone cohortium Ductori peritissimo, conuenientem adstruat panegyrim. Cui tantum suppetet flumen ingenij, qui vel virtutes ac res tam belli, quàm pacis temporibus, à JOANNE PETRI filio, ADAMO JACOBI, alijsq; eorundem nepotibus, pronepotibus, abnepotibus feliciter gestas exornet: vel saltem familias Konarsciorum, Markuszeuiorum, Melgieusciorum, Kruatsciorum, cæterorumq; clarissimas, ab ijs integrè recenseat deriuatas? Quem vox & lingua non deficiet in enumerandis in Patriam meritis rebusq; gestis à NICOLAO PETRI FIRLEI de Dabrowica, æquissimi terræ Lublinensis Judicis filio, primùm vexillifero Cracouien: post Lublinen: ac Sendomiriensi Palatino, deinde Cracouien. Castellano ac Regni exercitus Generali Ductore vbiq; celeberrimo?

berrimo? qui castrorum metandorum morem primus in Poloniam induxit, A L B E R T V M Marchionem Brandeburgen: in ordinem redegit, contra Turcas & Prussos victoriarum gloria fulsit celeberrimus. Quem Ecclesia in viginti domibus ad laudem Dei Opt. Max. extructis, & dotatis pijssimum luxit Mæcenatem, Senatus vigilantissimum boni publici expertus promotorem, Curia miserorũ vidit Patronum clementissimum, Reges fidelissimum probauère sui amatorem, Patria sui suorumq́; Ciuium acerrimum suspexit defensorem, Exteri prudentissimum admirati sunt in legationibus oratorem, hostes demum licet armorum, & copiarum genere præstantissimi, suum stupuêre celeberrimum debellatorem, O Virum admirabilem omniq́; memoria, ac imitatione dignissimum! A quonam Oratorum disertissimo satis vnquam dignis laudibus efferentur P E T R V S Terrarum Russiæ Palatinus, Optimo Patre dignus filius? J O A N N E S P E T R I Cracouien: Palatinus Regniq́; Supremus Mareschalcus, vnionis Lithuanorum cum Polonis Auctor, Vir eruditione insignis, & cùm multarum Regionum, Ægipti atq; adeo terræ sanctæ visitatione; tum quinq; filijs N I C O L A O A N-

DREA JOANNE, PETRO; Henrico beatiſsimus, alijsq́ per rectam lineam deſcendentibus feliciſsimus. Felix eſſet ille, nec Principibus modo in Eloquentia viris æquandus, aſt etiam iuſtiſsimè præferendus, qui NICOLAVM JOANNIS filium, Neoſponſi autem Auum digniſsimum, Palatinum & Caſtellanum, Cracouienſem meritiſsimum, plurimis Præfecturis alijs Regni Officijs dignitatibus à Regibus Sereniſsimis digniſsimè cumulatum, legationibus plurimis ad Exteros Principes proprijs ſumptibus expeditiſsimum, ac clariſsimum, non dicam laudibus condignis decoraret, ſed vel tenuiſsimis ſaltem coloribus aliquatenus adumbraret. Satis ampla habuit ille ſuarum laudum præconia, præconesq́ laudum genere cumulatiſsimos. SIGISMVNDVS III. Poloniarum Rex inuictiſsimus Scytharum terror, Moſchorum domitor, Turcarum debellator maturo ſuo & prudentiſsimo iudicio, eum in priuilegio appellauit, Senatorem vſu rerum peritiſsimum, conſilij dexteritate ſagaciſsimum, animi magnitudine, atq́ conſtantia grauiſsimum, fide & integritate ſpectatiſsimum. Summi vero Principes in vtraq́ Politia Ciuili & Eccleſiaſtica, vt ſibi notum, ac dilectum, proprijs etiam lite-

am literis, CLEMENS VIII. Pontifex Maximus, MAXIMILIANVS II. & RVDOLPHVS II. Jmperatores Ernestus & MATTHIAS Archiduces, Alphonsus Dux Ferrariæ, alijq; innumeri fermè in toto terrarum orbe sunt venerati. Non degener Parenti NICOLAVS successit NEOSPONSI genitor carissimus, Palatinus Sendomiriensis, Lublinensis, Casimiriensis Capitaneus, artium liberalium, Philosophiæ, Matheseos, & Jurisprudentiæ cultor perquam eximius; quibus in Germania, Anglia, Gallia, atq; Italia continuum duodecim annorum, curriculum sedulò impendit, non alium quâm summum desideraret Oratorem, nisi verba rebus immensis deessent, illeq; viuam in posteris imaginem sui reliquisset. Desideramus pietatem, vitæq; sanctimoniam: hanc optimè ab ILLVSTRISSIMIS Parentibus suis NICOLAO & REGINA ILLVSTRISSIMI Palatini Lublinensis NICOLAI Oleśnicki filia edoctus & instructus Henricus frater Neosponsi amantissimus, adeò exercuit, vt eâdem Deo consecratus inclaresceret & hucusq; inclarescat. Requirimus consilium & prudentiam in subselijs Regni, fortitudinem in castris? eam nobis exhibuit Vir Magnani-

mus

mus Sbigneus Neosposi frater Cap. Lub. Inclit⁹, dum alta merita, in Tribunalibus iustitiæ, sana consilia, in Comitijs Generalibus Regni, promptam animi beneuolentiam cum fortitudine Patriæ obtulit carissimæ, vnaq; cum vita deuouit. Viuet tamen in suo filio NICOLAO, generosissimo morum ac virtutum suarum herede, vltra ætatem studiosissimo, promptitudinis ad res bellicas ob innatam Wiśniouiecio sanguini magnanimitatisq; tantæ, vt, futuræ fortitudinis indicia iam iam elucescant. Quam propensionem ad virtutes & Studia, moresq; optimos in eo DEVS Opt. Max. promoueat, augeat, & coronet.

Viuet & viuit iam felicissimè in hoc vnico è quatuor fratrum Superstite, ILLVSTRI Neosponso, magni generis progenie, gentilitij splendoris ornamento, ANDREA FIRLEGIO, qui, tam intra limites Patriæ. quàm exteras apud gentes innutritus sapientiæ exercitamentis, Maiorum suorum laudatissimo exemplo, inter clypeos scutorumq; crepūdia, cum aliquot militum cohortibus vigilātissime excubauit, in Russia, nunc deposito ad tempus militari paludamento, & sui Patroni quotannis recurrentem diem celebrat summa cum animi lætitia, & suæ consortis Carissi-

mæ

mæ Repotia peragit iucundiſsimè. Quæ cum ita ſint, cur Lectiſsima Neoſponſa lætiſſimo non applaudas animo Tuo Neoſponſo? cur in eius die natalis anniuerſario ſumma non afficiaris lætitia? Jllius lumina in Cynthiæ Tuæ ſplendorem, æquali nomine, iure pari, imò eodem conſpirarunt. Tui Comites, Illius Marchiones, Tuos Rhenus, Illius Germania Poloniæ donauit. Vtrinq; amplißimus toga, inuictiſsimus ſago in veſtris Familijs ſedet Senatus. Par conſilio, par manu par nomine, par ſæculis Vtraq; Veſtra Domus. Sponſi Tui luſtos CASIMIROS in Rem. Polonam primùm accita ſalutauit: Tua verò cum Leſcis connubia celebrauit. Celebres & Tu feliciſsimè, celebretis vterq; diutiſsimè. Viuite DEO pietate, Eccleſiæ fide, Patriæ ſubſidio, Academiæ patrocinio, Amicis ſolatio, Familiæ incremento.

D I X I.



Lutnia Apollinowá,

Orszakiem Bogow y Bogiń, Ozdobiona

Dla Wesołey myśli z Helikonu, ná Ogrodźienieckie Gory przenieśiona.

TRefunkiem gorny Pergám gdy Ogrodzenczowy
Pomiiam; w vszy moie głos Lutniey Phœbowy
Vderzy: Słucham pilno. czy Amphion dawny.
Kámienie zwabia znowu ná budynek sławny?
Posłucham dáley: Párnás właśnie przenieśiony
Vznawam/ Z mądrych Athen w Ogrodzinskie strony.
Phœbus sam wprzod ná złotym świetno woźie iedźie/
Zá sobą Orszak znáczny Cnych śpiewaczek wiedźie.
Ktoreby pieniem szczęście/ rádość Domu tego
Mogły godnie ogłośić/ czásu wesołego.
Złotowłosy Apollo sam vderzy w strony/
Głos ślicznobrzmiący dáie/ poświadczáią ony.
Szczęśliwy dźiśia iesteś/ Wielmożno Zrodzony:
ANDRZEIV Z Dąbrowice/ Lámpártem vczczony.
Gdy Dźień chwalebnym Dźiśia zwyczáiem doroczny
Obchodźisz/ ktoregoć się ten okrąg widoczny
Niebá pokazał; przytym dał Pátroná z Niebá:
Ktorego do Cnot Męstwá dźieł Twych było trzebá.
Lecz po trzykroć szczęśliwszym Ciebie miánuiemy/
Gdy Gośćiá w Domu Twoim Nowego widźiemy:
Core Jáśnie Wielmożnych HRABIOW ná Tarnowie/
O iákie szczęśćie Twoie! niech Lutniá wypowie.
Tyśiąc ozdob Przodkow swych w Dom Twoy Zacny nieśie/
Tyśiąc poćiech/ nádźieie weselu przynieśie.
Wchodźi Oblubienicá od BOGA dárámi

Wszelákimi

Wßeláкimi vczczona: ſwymi przymiotámi
Vw ſela wßech wobecz: Ják z drogich kámieni
Gdy ſie kto chce nápátrzyć prześlicznych promieni.
Abo iák kwiećie pod czás Wioſny ziemi dáne/
Zdobi łaki Dziárdyny/ y Polá odziane.
Lub iák Słonce promienie po Ziemſkich niſkośći/
Roſpuſzczáiąc dodáie wßyſtkim weſołośći.
Ták przyśćiem Ten Gość Nowy vweſela koło/
Ktorzy w Dom Twoy ſpießą ſie gromádnie weſoło.
Witáć Gośćiá Pálácom Twym pożądánego/
Przy Nowym Gośćiu ſzczęśćia winßuiąc nowego.
Wiec nie tylo tych Gośći Orßaki widome/
Abo Náße Párnáſkie vſce wam ſłuchome
Ku witániu ſie biorą: Niebieſkie obroty/
Cnym FIRLEIOM dodáią w Witániu ochoty.
Idą długim porządkiem/ á dwiemá rzędámi
Káżdy z nich przyozdobion ſwymi godnośćiámi.
Ten Znáczny Mitrą/ Krzyżem/ Primáſem rzeczony/
Ten Buławą/ ten Laſką/ Pieczęćią vczczony.
Idźie poważna Rádá/ á rożną Stołkámi/
Jednák ták ozdobiona ſwymi Honorámi.
Zebyś práwie nie ználazł Vrzędu żadnego/
Ktoryby Domu minąć miał FIRLEIOWSKIEGO.
Ci gdy wßyſcy gromádno Gośćiá witáć máią/
Naprzod Z poſrzodká śiebie Primáſá puſzczáią.
Ktorzy przy powitániu ſwą Błogoſłáwieńſtwo
Mocą wyſoką dáie; wßelkie beſpieczeńſtwo
Od złych rázow wßeláкich ná potym dáiący/
Ták błogoſłáwion bywa człek Bogá boiący.
Jnśi Rádą Mądrośćią bogáczą/ Winßuią/
Drudzy wßelkie poćiechy ſzczęśćia obiecuią.
Aby iák Dom FIRLEIOW, HRABIOM niegdy Syny
Dawał/ oglądáć mogli wzaiemne Nowiny.

 Jnśi

Inśi ieſcze Witáć chcą: Lecz Apollo w ſtrony
  Vderzy z ſwoim Chorem / dobrze wyćwiczony
JO krzyknie. Wßelákie ſcześćia náſtępuyćie /
  Nowożeniom w potomne wieki tor gotuyćie.
Z tąd Ozdobá Oyczyźnie ma rość známienićie /
  Gdy dwá Domy / ták Sławne złączone widźićie:
Czymśi więkßym nád ſczęśćie / co Niebá kieruie
  Onych opátrzyć choynie teraz obiecuie.
Zdárzy: że iáko przedtym ten Dom Prymáſámi
  Kwitnął / Hetmány / Rádą / tákże Kánclerzámi.
Y teraz odmłodnieie á tákowe Syny
  Oyczyźnie dawáć będźie / żeby nie wprzod inny
Podporą / Męſtwem ſtawał / Ozdobą czerſtwośćią /
  Jáko Dom FIRLEIOWSKI zdiet kniey przychylnośćią.
Ieſcze coś był chćiał mowić wieſzczym Duchem ſwoim
  Cny Apollo / áż Muzy ſtáną rzędem ſwoim.
Audienciey proßą / á przy ſwym witániu
  Gadki w zabáwę dáią: Gośćiom ku gadániu.
Vránia wprzod ſpyta: iákim kßtałtem z Niebá /
  Swiátłá TARNOWSKICH zeßły zgádnąć mi potrzebá?
Odpowie záraz ieden / ßkodá pſáwáć głowy
  Od kilku ſet lat czytay ieſt reſpons gotowy.
Ják Mieśiąc iáśniey świeći. wiec miedzy Gwiazdámi
  Ták HRABIOWIE z Tarnowá ſwoimi dźiełámi.
W Oyczyźni trzy łokćiowe Niebo vczynili /
  Bo Męſtwem y dźielnośćią Swiátłá te zwabili.
Kálliope náſtąpi mądra z ſwoim Wierßem /
  Rowne práwie vczyni ſwe pytánie z pierwßem.
Gadayćie czemu iednym zá Herb Gwiazdy dano /
  Inßym Zwierzętá / Rzeki / y Ptáſtwo przybrano:
Wnet z Gośći ieden záraz ná tę mowę powie /
  Niech kázdy w Herby poyźrzy / przymiotow ſię dowie.

Bo

Bo iedni swą ozdobą / drudzy Męstwem słyną /
Ci sczodrotą w Oyczyznie; nigdy zás nie giną.
Lecz Klio w Historyách misternie ćwiczona /
A dawnośćią Trádiciy pieknie ozdobiona
Imie mowić. Gadayćie ktory Dom dawnieyszy
W Polszcze: czyli FIRLEIOW czy HRABIOW Sławnieyszy.
Ná pytánie zawiłe żaden nie rzekł słowá /
Oná rzecze czytániem doszłá moiá głowá:
Od siedmiset lat ći są z Tárnowá HRABIOWIE,
A ći zás z Niemiec poszli Zacni MARGRABIOWIE.
Melpomene smutnych swych wierszow zániechawszy /
Imie mowić wesoło wśrzod śiostr swych powstawszy.
Ják drogi czás wesoły w miłey kompániey /
Gdźie w żadnym kaćie niemász nic Melánkoliey.
Odpowie: Mędrcy czásu sądźić nie vmieli /
Bo co zacz czás wesoły nigdy nie wiedźieli.
Jabym przyrzekłá śmiele że czásu droższego /
Niemász nád dźień Dźiśieyszy áni weselszego.
A Thália wesołe swoie Komedye /
Co raz chyżo czytáiąc rożne Kompánie.
Opátruie chcąc w Taniec gdy sie iey nie wiedźie /
Aż oná znowu gadką miedzy Gośćie iedźie.
Pyta ktore iest Słowo naweselsze Gośćiom:
Gdy sie tráfi wesoło podpiiáć Ich Mośćiom:
Chce słucháć / nie mowi nikt: Nu z Ruská Milczyte /
Weselsze słowo nie iest nád násze Plaudite.
Euterpe przy tym stanie wdźięczne sáłámáie /
Do Muzyki przystąpi ochoty dodáie.
Leczżeby zás v wszystkich zá niemą nie byłá /
Táką Gadkę Muzykom wchodząc przełożyłá.
Gadayćie wiele Táktow w puł izby zás w koło /
Wiele wyndźie gdy wszyscy táncuią wesoło

 Zámilkną:

Zámilkną: oná rzecze dawna to rácya/
Tylko w głewie niech będźie czuyna Proporcya.
Errato Smyczek dźierząc/ to wesołym okiem
Kompániey chce pomodz to záś chyzym skokiem:
Lecz gdy śiostr swych státeczność pilno vpátruie/
Swoie wesołość státkiem záraz moderuie.
Obroći śie do Pánien: Ehey Kompánia
Bądźćie wszystkie wesołe dopomogę y ia.
A powiem wąm ktora z was zá Mąz w przody poydźie:
Tylo śię wprzod przechodźćie áz mię koley doydźie.
Terpsichore z Cythárą dobrze nástroioną/
Wystąpi ku Weselu z twarzą swą złozoną:
Y rzecze; o iák wielkie dźiśbym szczęśćie miáłá/
Gdybym ten Ziazd ták Znáczny wyśpiewáć vmiáłá.
Ozwie śię ktoś z Druzyny/ śiłáby to ná ćię:
Nie śiłá; bo podołam/ ále słuchay Bráćie
Ponieważeś ták mądry. Gaday do wieczorá
Wiele piiánych będźie? Wielu głowá chora?
Abo iák wiele w Tańcu dźiś śię ich potoczy/
Lub iák wielom kieliszek stáwi kozłá w oczy:
Nu z Rhetoriką swoią Polhymnia w koło/
Do powagi y státku postáwiwszy czoło.
Poważną Orácyą zá ludzkość dźiękuie/
Tyśiącem Fortun szczęsnych Sukcessow winszuie:
A vprasza by Gadki nie miáły nágány/
Táki od Mądrych ma być vpominek dány.
Zacnieyszy więc ná potym pewnie zgotuiemy/
Gdy do Genethliáku da BOG przybędźiemy:
Są insze Siostry násze ktore tez z dárámi
Tu pokwápią: z ochotą przyimićie ich sámi.
Wyszły potym Chárites lecz tych nie słuchano/
Jze tylko Winszowáć miáły rozumiano:

Nástępui ą

Nástępuią przychylne Nápeæ ludzkośćią/
A z Nymphámi Driádes z swoią powinnośćią.
Lecz Muzyká przeszkodą/ wszyscy VIVAT gráią/
A Nimphom przychodzącym/ mieyscá zábraniáią.
Wiec że też nie máß mieyscá/ iák skoro vznáły:
Záraz się śćieszką z gory zá Zamek vdáły.
Wszystkie iednák Weselnych Pieśni dokończáią/
Ktorym Faunowie leśni/ tákże pomagáią:
A náwet sámo Niebo ná to zezwoliło/
Że dźień iásny nád insze dźiśia vczyniło.
Więcey słucháć/ y widźieć mniey mi się godźiło/
Ná wietrznogornym mieyscu stáć nie miło było:
Com ostátnich słow zásiągł to miedzy was wnoszę/
A z życzliwośći nie co oraz wam ogłoszę;
Wszyscy oraz krzykneli/ niech żyią/ niech słyną/
Cni Oblubieńcy Sławą; poki Rzeki płyną.
Niech długo wieczne pędzą y fortunne látá/
Poki Zołw szerokiego nie obieży świátá.






BIBLIOTH. UNIV.
JAGELLONICAE


Biblioteka Jagiellońska
stdr0009069